

JUSTA FUNEBRIA  
VIRO  
SPECTATISS. ET CONSULTISSIMO  
DOMINO  
**CHRISTIANO  
GOLDINGIO,**

Reipubl. Thoruniens. Juris Practico & Civi  
florentissimo,

D. 29. Julii, An. 1706. placide & pie defuncto,  
& Dom. IX. Trin. h. e. a. d. 1. Augusti decenti  
solemnitate in Æde Mariana humato,

à  
CONDOLENTIBUS PROFESS. THORUNIENSIBUS  
SOLUTA.

---

THORUNII,

Excudebat Johannes Conradus Rügerus, Nobiliss. Senatus & Gymnasii  
Typographus.



*Ex occasione prodigi, quod d. 28. Julii ante V. mat.  
An. 1706. accidit.*

**Q**Vid mors est? Tonitru: Tonitru? exhalatio sicca  
E gradio terræ lecta vapore gravis. (a)  
Est tonitru terebrans, est discutiens & adurens. (b)  
Eqvè DEI summi nubibus illud adest. (c)  
Nam cum mortales ingentia crima patrant,  
Atqvè DEI qvidqvam verba valere negant.  
Tum DEUS è cœlo tonat, & fera fulmina mittit.  
Iræ quo pœnas indicet esse suæ.  
Attamen in justa DEUS ira sæpe benignus  
Non vult interitum, nec mala fata soli.  
Si qvoties peccant homines, sua fulmina mittat  
Juppiter, exiguo tempore inermis erit:  
Sic olim vani & cœci dixere Poëtæ.  
Nos aliis verbis reddere verba qvimus.  
Si qvoties peccant homines, non fulmina mittit,  
Sed bonitate DEUS protegit ipse suos.  
Ast ubi criminibus cumulantur crima tetra.  
Longævo nunqvam tempore inermis erit.  
De tonitru satis est. Mors imperiosa periti  
Goldingi telo corpora sana ferit.  
Goldingus duro non ævo fractus & annis  
Vivere qui totum Nestora dignus erat.  
Immo expers crucis, ac expers sine fine malorum  
Deiphobes longos exuperare dies:

Ille jacet Candor, Comusqve, Leposqve, Jocusqve  
Cumqve Cupidinibus pluribus alma Venus.  
Ille jacet Themidos justa, Veriqve Patronus,  
Atqve misellorum porta patensqve domus.  
Ille jacet vera fidei puraqve Minister,  
Ille jacet nostri portio chara soli.  
Sic ictus Golding maturae fulmine mortis,  
Latatur supera vivus in arce poli.  
Deridet vani prægrandia fulmina beili,  
Ex pelvi brutum fulgur ea esse putat.  
Sed Viduam, Natas, & Amicos sangvine juncto  
Incolumes præstet dextera chara DEI.

In honorem & memoriam  
piet. Defuncti f.

M. MARTINUS Böhm.

(a) Aristotle L. II. Meteor. c. 9.

(b) Magirus Lib. IV. Phys. c. 4.

(c) LXX. Ps. 29. v. 3. reddiderunt: οὐ κύριος τὸν δόξην εἴσπιμες.

**A**ccidit in puncto, quod non speratur in anno:  
Sic dicitur proverbio.  
Namque solent fieri sat multa sub æthere sæpe,  
Quæ nemo speravit fore.  
Hic surgunt, alibi subsidunt culmina montis.  
Hic fons scatet, alibi fugit.  
Accedit chalybem momento fulguris æstus,  
Resti trabiique non nocet.  
Excelsæ rapido feriuntur fulmine turres,  
Salvæ manent humiles casæ.  
Mors quandoque rapit juvenes validosque cruenta,  
Parcit senibus & langvidis.  
Sed cum nulla fides dictis nisi clara loqvantur  
Exempla testium loco:

Ma-

Magnus adeſt horum numeruſ, Goldingius autem  
Sit unus inſtar omnium.  
Paucos ante dies ſirmo qvi corpore nondum  
De morte cogitaverat;  
Exeqvias verūm Deutschmanno ritē pararat,  
Is ipſe mortis iter adit.  
Dum curā ceſſant liventes undiqve, cura  
Funesta Conjugem premit.  
Ille novi veteriſqve peritus juris abunde  
Exceptiones calluit:  
Qveis acer defenſor, Patronusqve fuorum  
Fuit clientum ſedulus.  
Profuit hic multis, ſibi ſed prodeſſe neqvivit  
In proprio diſcrimine.  
Non valuit contra mortem defendere ſeſe:  
Neficit excipere forum:  
Nec confeſſa fuit iuſtæ dilatio pœnæ,  
Nec ulla provocatio.  
Attamen haud Illum cauſâ cecidiſſe putemus,  
Licet loqvi nesciverit.  
Salvator mundi qvoniam defendit Eundem  
Suo redemptum ſangvine.  
Qui mortem paſſum traxit ſuper aſtra, beatos  
Ut vivat inter Angelos.  
Felix, qvi poterit tacitus ſic dicere cauſam,  
Pœnas perennes ne luat.

M. MARTINUS BETLEFFITIS.

11347